Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

Theses juridicae inaugurales

https://hdl.handle.net/1874/316391

THESES JURIDICAE INAUGURALES.

9

THESES
JURIDICAE INAUGURALES,

QUAS,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

GERARDI JOHANNIS MULDER,

MATH. MAG. PHIL. NAT. ET MED. DOCT. ET PROF. ORD.,

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU,

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE DECRETO,

Pro Gradu Doctoratus

SUMMISQUE IN

JURE ROMANO ET HODIERNO HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

MATTHIAS EMANUEL CLAUDIUS BIJLEVELD,

Medioburgensis.

A. D. XXIII M. SEPTEMBR. A. MDCCCLIII, HORA II.

ACADEMIA RHENO TRAIECTINA

Trajecti ad Rhenum,

APUD J. DE KRUYFF,

MDCCCLIII.

EX OFFICINA TYPOGRAPHICA L. E. BOSCH ET FILII.

THESES.

I.

Minus probanda conciliatio, quam proposuit Cl. Vangerow, inter L. 18. Dig. de rebus creditis et L. 36. Dig. de acq. rer. dom.

II.

Regula: locus regit actum, non est juris Romani.

III.

Qui partim ex sua, partim ex aliena materia speciem fecit, dominium acquirit, licet ad pristinam formam reduci possit.

IV.

Nulla antinomia inter L. 81. § 4 Dig: de legatis I. et L. 86. § 1. eodem titulo.

V.

Si locatio ab usufructuario inita, tempus lege definitum transgreditur, conductori actio in usufructuarii heredes, rescissa a proprietario conductione, non competit, licet conductor nesciverit, locatorem usumfructuarium esse.

VI.

Locator privilegium in invecta et illata sibi concessum, contra emptorem exercere non prohibetur.

VII.

Liberi naturales non agniti, a matre alimenta petere possunt, et ei succedunt si maternitas probata est.

VIII.

Conjux divortium petere potest, licet alter conjux eandem actionem jam instituerit.

IX.

Matrimonium per procuratorem, venia ab rege non impetrata, contractum, ipso jure est nullum.

X.

Si mandans et procurator eodem die simul nuptias contraxerunt, nuptiae non valent.

XI.

Socius usuras impensarum a societate petere potest, a die quo eas fecerit.

XII.

Minor miles vi legis (milicien) sine patris vel tutoris consensu se militiae adstringere nequit.

XIII.

Adsecuratio origine non est Romana.

XIV.

Quando in litteris cambialibus cessio et indossementum locum habuerunt, quamvis cessionarius est prior tempore, tamen indossatus praeferri debet.

XV.

In art. 219 C. M. actio contra acceptantem non excluditur, quod defendo contra *Regtsgeleerde Adviezen.* III. 161.

XVI.

Art. 805 al. 3. C. M. etiam intelligi debet de marito uxoris foro cedentis.

XVII.

Praescriptio poenae non est probanda.

XVIII.

Verbo „*armes*" art. 101 C. P. lapides non continentur.

XIX.

Non probanda sententia Feuerbachii, eum qui ad mortem damnatum occiderit, delictum non commisisse.

XX.

Qui testimonium juramento firmare nequeunt propter falsum testimonium puniendi non sunt.

XXI.

Gratis in cauponam receptus si illic furtum commiserit, puniendus non est ex art. 386. n. 4 C. P.